nr̄i· Diligēdꝰ ē etiā q̄a gl̄oſus
quē pater deꝰ ꝯſtituit heredem
vniūſoꝝ per quē fecit et ſecula·
Cōtra de hoībꝰ dicit malachias
Nūquid non pr̄ vnꝰ oīm nr̄m·
quare deſpicit vnuſq̄ſq; proxi
mum ſuum· Merito ergo puelle
iuuenem diligēti caſtus ꝑ hec
verba concluſit ⁊ ſe pocius dili
gendum formoſum bonum dul
cē gl̄oſū cōprobauit· Simili
ꝑe modo cuidā milici ad ciſter
cien· ordinem trāſeunti caſtus
in viſione concluſit· Nam cum
ille grauiſſime a dyabolo ad ex
itum tēptaret̄ ⁊ de nocte ī noctē
meditaret̄ apoſtatare ꝑ fugam
ſemel parato ad exitum ⁊ quaſi
commodiorem horam noctis in
lectulo preſtolāti et ſemiuigilāti

cruſtꝰ apparuit i forma pſonātiſ
ſimi viri et cū ab illo q̄reret q̄d
ſic iacēs haberet mali. Rn̄dit il
le. dolorem cordis habeo ꝛ mag
nū defectū debilitatis i mēbris.
Cui dn̄s groſſū panē ordeaceū
offerens dixit. Surge et come
de panē iſtū. Quē ille turbatꝰ
intuitus. q̄uo inq̄t panē iſtum
groſſum comederem q̄ panē mo
naſterij ſimulagineū mādūcare
nō poſſū. Tūc dominꝰ detecto
latere vulnera pectoris ſangne
et ſanie ꝓfluenti ordeaceū pa
nem admouit et tali profluuio
madefactum iubꝫ comedere lan
gueſcētez. Hor ille cum horrore
mēbris diſſiliēs. heu inq̄t dn̄e
q̄uo taliter pollutū comederem
quē īpollutū recuſabā. Et dn̄s
q̄i minaci vultu inuēs refutāti.
oportet inq̄t vt guſtu ſaltē attēp
tes q̄d ſapiat panis iſte. Cūq̄ꝫ
ille diffugiū nō haberꝫ ꝛ ſuſcep
tum panem tremebūdus ſūmis
vix labijs attigiſſet ſenſit i pa
ne ſup oēꝫ ſuauitatez dulcedinē
mirabilē. quē hyanti q̄dē ore cō
trectans totū ſubito cū miā aui
ditate comedit. Nec mora. dn̄o
diſparente temptatꝰ ille ad ſe re
uerſus ē ꝛ q̄d vidiſſet ꝛ ſenſiſſꝫ
ſincero corde retractās ab omni
dolore mētis et carnis tēptacōe
conualuit ꝛ in magna trāq̄llitate

ſpiritꝰ vſq̄ꝫ i finem vite ꝑmāſit.
Quid mirū. Ordeaceus panis
auſteri cordis mellea criſti late
ris ꝑfuſione lenitꝰ eſt. Sꝫ ꝛ hoc
genꝰ demoniorū cū aliter decipē
hoīes n̄q̄ꝫ nō poſſūt demōſtra
ciones in aere faciūt q̄bꝰ ſimpli
ciū corda in ādmiracōez īſolitā ex
citati poteſtatē facienciū talia
venerenť et q̄i ſup omne miracu
lū q̄d a ſanctis in terra fieri vi
demꝰ ſicut veraciter fit i diuſita
te morborū illa ſpūalia neq̄cia
q̄d eſt in aere curioſitate gaudē
tes attollāt. In hijs rn̄dendū eſt
et oculata fide mōſtrādū ꝙ licꝫ
talia fieri videanť in re tn̄ nul
la proſus ſūt. ſicut nec vlla q̄
ſimilima veris et ſubſiſtentibꝰ
rebus i ſpeculo continenť cū nl'
la tamen exiſtencia vel veritate
ſubſiſtant. Et ſpeculo mox obie
cto ſublato obiecti ſimilitudo ſb
trahitur in vidente. Quid aūt
hinc ſub veriſſima atteſtacione
contigerit audiamus. ¶ Fratrē
heinricum theutonicum quōdā
lectorem fratrum predicatorū
in colonia virum in omni ſcien
cia cum ſanctitate cōſpicuum de
q̄ ſuperius fecimꝰ mēcōez atteſ
tātibꝫ frībus narrātem audiui.
Cum q̄dā fr̄ nobilꝭ gn̄e et rebꝰ
pollens de britannie ꝑtibus or
dinem p̄dicatorꝫ intraſſet apud

lugdunū gallie cum fratrib⁹ mo
rabatur. Appropinquāte tempo
re ꝓfeſſionis ſue petiuit a pri
ore ſuo redire ad terrā ſuam. vt
diſponeret de rebus ſuis. Et an
nuit prior cum eoqꝫ iter arripu
it. Cumqꝫ veniſſent in deſertis
britannie viderunt ſtupendum
miraculum. Et prior quid eſt il
lud. ⁊ frater illum ducens ad fō
tem lucidiſſimum ſuper quē la
pis inſtar altaris in columnis
marmoreis locabatur aquā ꝑu
nus ſuperfudit. Nec mora. cōte
nebrato celo ceperunt nubes cō
currere mugiē tonitrua ymbres
ruere fulgura choruſcare ſtatīqꝫ
tanta inundacio facta eſt vt cir
ca locum ad leucam vnam tota
terra obrui videretur. Quod vt
vidit prior eſt miratus et hoc au
diente dicto fratre henrico ma
giſtro ordis beate memorie fra
tri iohāni epiſcopo et alijs plu
ribus enarrauit. Hoc idē audiui
a patre meo añ annos. xl. q̄ ille
in partibꝫ ſub rēge richardo an
glie militauit. Hec cū dict⁹ fra
ter henricus m̄ et multis alijs
recitaret queſiuit cum iſta fieri
potuiſſent et rñdit q̄ ſic arte
magica ignota modo hominib⁹
et miniſterio demonum qui ad
tempeſtatem ⁊ pluuias aera poſ
ſunt impellere et concitare cū to

lūt occulto tamen dei iudicio ꝑ
mittente. ¶ Eundem fratrem
henricum et iſtud valde mirabi
le narrantem audiui. Co exiſtē
te priore prouinciali fratrū pre
dicatorum in partib⁹ tranſma
rinis accidit vt in acconenſem
ciuitatem gracia viſitandi fra
tres ſcd̄m ordinem aduenīſſet.
Facta autem cena vno veſpere
ſcd̄m morem ſuum conſuetū totū
vt collacōnem eis faceret extra
clauſtra ābitū duxit. Eſt aūt
locus ꝓpe mare ad partem oc
ciduā ciuitatis. Cōſedentib⁹ igi
tur cunctis ſuper mare ꝓpe lit⁹
nebula cōſcendebat q̄ poſt pau
lulū adnullata apparuit ſuper
mare mons altus ⁊ diffuſus et
ſuper montem ſtructura in mo
dum caſtri murorum ābitu tur
ribus ac palacijs decentiſſima
diſpoſicōne mirabilis et ab ipſo
caſtro vſqꝫ ad litus pons ingēs
cum multa diffuſione protēſus
per quem et equites ⁊ pedites
diuerſi ſcematis atqꝫ figure aſ
cendere et deſcendere videban
tur. Cum igitur frēs aliq̄ diu
tali ſpectaculo nimirū attoniti
tenerentur dixit fratribꝫ dāis
ꝓuincial' frē henric⁹. Surgam⁹
fratres eam⁹ ad oracōēꝫ. illudit
enim dyabolus ocul' noſtris vt
curioſitate nos tēat ⁊ a dei ope

torpeam⁹. Decedentibus fr̃ibꝫ
aliq̃ curioſitate ducti vſqꝫ ī finē
euent⁹ īmobiles pmãſerẽt. vide
runtqꝫ inſtãte nocte vt ꝑus ma
tis vndas nebula ſupſpergi et
poſt modicum nebula diſpergē
te nullam illius ſtructure ſubſi
ſtenciã cparere. Hoꝝ ſimilia vi
deri ãtiq̃tus in ãglie ptib⁹ dice
bant̃ ſʒ predicacõe veritatis ſig
menta nũc credim⁹ annullari.
Siue igiẗ dormiat ſiue vigilet
ſiue ſtudeat ſiue ãbulʒ q̃s ſidel̃
ſm̃ Jheronimũ ſemp manũ pin
gat cruce dñi q̃ ↄtra demones
eſt tocius vͥtutis īſigne. Dormi
entes enī ac ſi vigilarẽt non ſo
lũ in aĩa ſʒ etiã in corporibꝫ vex
ant ⁊ eos ſurgere ãbulare ⁊ lo
q̃ faciũt ⁊ ad facinoroſa ſepius
ꝓuocãt et īpellũt. ¶ Habui in
ſcol̃ ſocium q̃ me vidẽte et audi
ente nõ ſolũ facta ſʒ ⁊ dicta lcõ
neſqꝫ de die receptas dormiens
ĉtabat q̃d vt cert⁹ ſui vigilãs
nullaten⁹ potuiſſet. Huius rei
ſũt exẽpla plurima. ¶ De vigi
lãte vero venerãbil̃ bonifaci⁹ quõ
dã lauſonẽſ ep̃us me audiente
tale q̃d narrauit. Erãt in villa q̃
dam rec⁹ q̃dã q̃ vaccas toci⁹ vil
le in paſcuis cuſtodiebat. repel
lebat a frugib⁹ ⁊ ad certa loca
paſcuis vberiora ducebat et q̃d
maioris erãt ꝓdigij colores ⁊ ſta
tum ſingularũ vaccaꝝ ſpecialiẗ
dēcnebat. Verbi g̃ra vt ſi vac
cam tal̃ coloris ab hoĩe petiuiſ
ſes ſine difficultate vaccã talē
tibi app̃hẽſam ī cornib⁹ obtuliſ
ſet. Ad hũc aũt cũ q̃dam ep̃us
aduciſſet et de eo audiſſet ta
lia et ꝓbaſſet. q̃ſiuit ab illo ſi
confirmacõis ſac̃menti ab epiſ
copo ſuſcepiſſet. At ille. non in
q̃t. Nec mora. ep̃us cõfeſtĩ ũ cõ
firmauit eum ⁊ mox ab eo vac
carũ diſcrecio eſt ſublata qm̃ de
monum ope et miniſterio hoc
fiebat. ¶ In ſtudẽte aũt q̃d fa
ctũ ſit a frẽ ordĩs predicatorũ
hoc audiui. Frater q̃dam poſt
matutinas reſidere ī cella voluit
vt ſtuderꝫ. ⁊ mox vt oculos eb
iecit libro dormitabat. Cũqꝫ ſe
pius reluctaret̃ nec preualeret
īpaciens dixit ſibi. Quid ẽ q̃
ↄtra ſolitum tibi preualet ſomp
n⁹. Et mox dyabolus ad eum.
Nõdum clauſe ſũt porte. Et il
le. quõ iq̃t clauder̃. Et demõ.
A vertice vſqꝫ ad pect⁹ ab aure
vſqꝫ ad aurem. Et nõ lcõr q̃ in
hoc crucis miſteriũ demonſtra
uit. ¶ Simili ꝗppe modo magi
ſter albertus theologus frẽ ordi
nis p̄dicatoꝝ narrauit m̃ q̃ pa
ciſius illi demon in ſpẽ cuiuſdaꝫ
frẽs apparuit vt eum a ſtudio ẽ
uocaret ſed mox crucis virtute

diſceſſit. ¶ Quid autē de am
bulacione factū ſit audiamus.
¶ Narrauit michi frater ordi
nis predicatorum ꝙ in itinere
poſitus i ſpecie ſocij ſui q̄ retro
ſe a via parum declinans remā
ſeāt dyabolum vidit precedere
et cum illum ſocium crederet et
eum aſſequi vellet nec poſſet tā
dem cum villam ingrederetur et
ille nō compareret ſoluſq; videret
ſe mire turbat⁹ eſt. qui recat⁹ ſi
ne ſocio ītrare domū reſedit me
rens. Nec diu poſt ſocius eius
et ipſe turbat⁹ intrauit villā et
inuenit anxie reſidentem. qui p̄
ā̄miracione ſignantes ſe ⁊ quid
actum ſit conferentes ambos ſe
illuſos a demone repererunt.
Caueant ergo fratres predica
tores et minores ne ſancte ⁊ ex
cellētiſſime īſtitucōis r̄gulā ex
cedentes ſocium non n̄ exſpecta
tum a viſu precedere vel ſubſeq̄
paciantur. q̄a cert⁹ ſū ꝙ iſta et
multa maiora horū picula de ſo
ciorū momētanea diuiſione fre
quēcius euenerūt. Neq; enim
neſcius futurorū piculorū atq;
malorū cuſt⁹ salutis princeps
hūane extitit vel eſſe potuit qui
conbinatorie diſcipulos ordina
uit experta ſunt multa. ¶ Eſt et
aliud nocendi genus. Eſt frater
ordinis predicatorū michi con

ſanguinitate cōiunctus cui hoc
accidit qđ ſubiungo. Iacebat
vno mane ī dormitorio vigilās
ante primam et ecce videt demō
nem in ſpecie pulcherrime mu
lieris in dormitorium veniētem
⁊ turbari grauiter cepit q̄d mu
lier illic et hoc illa hora intrare
permiſſa fuiſſet. demonem hāc
eſſe minime ſuſpicat⁹. Nec mo
ra. progrediens mulier ſe iuxta
fratrem in lecto quaſi riſu iocū
do illum alliciens collocauit. qui
ſtatim horrens ⁊ ſignare ſe vo
lens nec valens dorſum tandē
ad parietem ponens ⁊ pedibus
latus illius concuciens cū pug
no eius faciem percutere voluiſ
ſet. os demon late diffuſū ape
ruit ⁊ a lecto detruſus repente
diſparuit. Tantus autem col
luctancū frīs ipſius et demōis
ſtrepitus fuit vt a frē ī proximo
lecto quieſcente ⁊ ſtupēte clari
us audiretur. Clamare aūt fra
ter paſſus violēciam demonis
cū voluiſſet vt m̄ narrauit non
potuit ſ; tm̄ q̄ſi mut⁹ irrugiit.
Et mir valde q̄ virtute q̄ arte de
mon hec potuit ⁊ hec maxie cō
tra iuuenē q̄ dei grā plen⁹ fuit.
Sz hec q̄ſtio cia⁹ ſoluit̄ ſi de lu
pis beati ābroſij ſentencia ī ex
amerō videat̄. Homo quē lup⁹
prius vidz conceſſat ⁊ āticipat⁹

obtutu nocētis lic; clamādi vo
lūtatem habeat· nō habet tū vo
cis miſterium· deſpiatq; eū tāq̄
victor vocis ablate· Et racio na
tural· lupꝰ radijs oculorū ſuorū
īmiſſis hoī eiꝰ ſpūs viſibiles de
ſiccat in īſtanti· q̄bꝫ deſiccatis
ſiccant̄ arterie et ſic raucus effi
citur īſtrumēto vocis obligacius
impedito· Si ergo luporꝫ naturā
talem violēciā ꝑ ſolū ꝯuitū ha
bere ꝓbat̄ qn̄ pocius naturā de
monū q̄ multo ſubtilior ſagacior
et potencior ē vtpn̄cia ſue mali
cie vocem obligꝫ ī hoīe viſūq; pa
riter vel auditū· ¶ Et m̄ ſimile
q̄d accidit ꝑ qd̄ etiā iſta ꝓbāt̄·
Accerſitꝰ ad ꝯpeſcendas īimici
cias q̄ īter duos frēs carnales
ḡuiſſime v̄ſabant̄ cū fratre eorꝫ
ſacdote preclaro iter arripui·
Ubi ergo ſacra nocte an̄ vigiliā
paſche ī cenaculo iacebamꝰ ſpa
cio triū miliariū á q̄tuor an̄ diē
euigilaui· et hortabar vt ſacdos
deſcēdēs īſcaus ignē ī candela
deferret qua inſpecto libro ma
tutinarū officium cantaremus·
Paruit ille· et cū candelā accē
dere debuiſſet tāto tremore con
cuſſus ē vt ſine igne rediret
dicēs· Ignem ad pn̄s nō habeo
expectare vos diei lucē oportꝫ·
ſic ille vitauit mendaciū ⁊ puſil
lanimitatis ſue vercūdiā nō de

texit· Annui mox vbis illius· q̄a
ſuſcitare quēpiam illa hora de fa
milia nō decebat· Ergo vbi ob
dormiuimus non euigilaui vſq;
ad ortum ſol· Excitatꝰ igitur et
dolēs tā diu dormiuiſſe ſurgēs
ī lecto conſedi· Apertis aūt ocu
lis ad feneſtram vidi quaſi ſociū
meū caluo capite nudato ingui
ne ⁊ aſinino ventre velut ad vri
nam faciendam demonem ſtan
tem· Indignatꝰ ergo ſocio meo
vehemēter cū eum increpare vel
lem nō poſſem ablata voce· au
diui mox ſtertentem ſocium· q̄
cum ſtupore ſurgēte dixi ridēs·
Ecce iuxta me ad feneſtrā ī ſpe
cie tua cū quanta inordinacōne
ſtat dyabolus et me cōtra te cō
mouit· Hec dicēs vidi ꝙ malig
nus ille per feneſtram quaſi fu
mus euanuit· Dictis autem ma
tutinis feſtinauimus ad locū vbi
vōti pariter fueramꝰ· Nec mo
ra· vbi ſequenti die paſche cele
brauimꝰ predicauimꝰ ⁊ ꝯmediꝰ
cū me vicino diuo ī pomerio ad
ſopn̄ū meridianū depoſuiſſē et
oculos clauſiſſem vt dormirem
audiui emīnꝰ iuxta me q̄ſi ſuſu
rrātes aliq̄s ſubmiſſe tn̄· Perēs
aūt ⁊ cogitans ne forte aliq̄ te
expectēt vt eis ſatiſfacerē ape
rui oculos et ſurrexi et neīnē vi
dens reclinaui et clauſi oculos·

Statīq; audiēs altius iā et eui
dencius murmurantes ſurrexi
nec vllū vidi. ſ; nec tūc aliquid
de neq̄cia demonum ſuſpicatus
tercio me deposui. Nec itersti
cium aliqđ clauſis oculis inter
ceſſit cum manifeſte vocem au
direm in hec verba. Ecce inq̄unt
cum quanta ſuperbia vilis iſte
nos facit ter mirens exſpectare.
Ad hec igiť cū mox apertis ocu
lis ſurrexiſſem nec aliquē inue
niſſem conieci procul dubio demo
num iniquitatem qui me et tur
bare voluerunt et iudicium ſitu
re nequicie demonſtrare. Quar
ta autem feria ſequēti ī ſta octa
uam paſche conuenerunt amici
fratrū illorum quos ad pacem
reducere debebam⁹. et inter agē
dum tāta īter ſe frēs diſcordia
ſunt cōmoti vt in eodē loco vbi
āte demones audierā murmur
rantes niſi maxia penitū et aico
rum violēcia reſtitiſſet ſe iuicē
inſtictu deōnū validiſſie peniſ
ſent. Vicim⁹ tñ dei gracia nequi
ciam demonū et pacē reforma
uim⁹ iter fratres. Propter hoc
igitur duo conſiderāri poſſūt in
re geſta quā retuli quorum penitēcia
demonis quē primo vidi vox m̄
ablata eſt ne clmarē. ſecūdo aūt
cum plures eorū ter audiſſem vi
ſus michi ablat⁹ eſt ne viderē.

Vide ergo lector quātas et q̄les
nocēdi artes dyabol⁹ attēptz.
et quorum ſollicitū eſſe hoiez aduſus
illū ſemp oporteat nec fugi vl
lis iīurijs nec allici blādimētis.
¶ Anno pñte. M. ſcz. cc. lviij.
prope ciuitatē colonie agrippinā in
villa q̄ oppidū ēgis vocatur q̄dā
ſolēni die igēs chorea deōnū in
habitu alboꝝ mōchoꝝ ī planicie
campi viſa ē vocibus altiſonis
tripudians et exultans. Cōgre
gatis igiť cum ſacdote ſuo hoī
bus ville cū ad chorea accedere
voluiſſent. demones ſcđm quorum
hoīs appropinq̄bant chorizādo
procedebant ad fluuiū q̄atuſq;
ſe total illa malignāciū turba ī
fluuiū adnullauit. Et hic q̄z ne
q̄cia deōnū cōſiderāda ē: quorum q̄i ab
exēplū ſpiritualiū virorum ad
ludum nepharium chorizancium
hoīm ſimplicitatez īducere volu
erūt. ¶ Vide et hic ſpūalia mīē
neq̄cie in celeſtibz. Bō memo
rie iordan⁹ frē et magiſter ordis
predicatoꝝ gracia viſitādi frēs
romā veneāt. qui accepta bene
dictione in domo fratꝝ a frēbus
legit miſſam. itrauit poſtea in
ſirmariā videre languentes. et
inueīt frēz ꝯuerſū q̄i ſane men
tis eſſet tamē diligēciſſime ope
ditū. Querit g° mgr ab illo cō
pedito cauſā. rñdz ille alienatū

ſe fuiſſe hacten⁹ ꝫ in aduētu ei⁹
īegre reſtitutū. Credidit magr̄
ſpiritui neq̄ciē acius ꝙ̄ decebat
et ꝯpeditū ſolui precepit. Nec
mora. felix pp̄ honorius audito
aduētu eius⁹ mādat eū facta dei
micōne poſt prādium ītrare ca
meā. facturū clero ſmonē. Hinc
poſtea venit ad prādiū mādat
vite fr̄ cōfuſus q̄ fuerat cōpedi
t⁹. accubuit ille ſenſate ſe habu
it. Et vbi facto prādio ⁊ dictis
graciis magiſtro ſtratū eſt ad
pauſandum venit demoīac⁹ ille
⁊ accepto raſorio gutt̄ magiſtri
dormientis īadit ꝫ non ex toto
nūdum ēto loco vulnere dato.
Qui ſubito leſus euigilans ma
nū obiecit raſorio et duobꝫ aut
tabꝫ digitis vſqꝫ ad emutilacō
nē vt credebat̄ leſionē accepit.
Expgefctō ergo ī tumultu toto
ꝯuētu accurrūt fratres mḡſtrū
q̄ſi ſeminecem inueniunt ⁊ elato
fletu cum clamorib⁹ eiulabāt.
Tūc p̄or dom⁹ īpato ſilēcio p̄ce
pit ne res ī ſcandalū orbis dif
fūderet̄ ⁊ ne īnoteret̄ ab emulis
ſecularib⁹ celaret̄. Venit ergo
hora predicandi ⁊ prior fratrū
vice magiſtri predicatur⁹ acceſ
ſit. At vbi themate prelibato ꝓ
ſeq̄ ſmonē debuit ſubito reſolu
tus in fletū cum clamore valido
mugitū emiſit. Attonitis aūt oī
bꝫ cardinalibꝫ q̄dā feliciſſimus
familiariſſimus ordinī p̄orē tra
hit ad ptē ꝫ q̄rit q̄d cauſe ſit. Fa
tet̄. Nec mora ābo īgrediūt̄ ad
papā aperiūt infortuniū cōcla
mat ad plāctū papa dicēs Heu
dn̄e de⁹ q̄d actū ē. hodie mag̃ co
lūna ecc̄ie cecidit. Quid plura.
Accedūt cirurgici ꝯſpiciunt ꝑ
tractāt vulnera. diuinū pocius ꝙ̄
hūanū ſuadēt adiutoriū cū om̄i
precū īſtancia poſtulādū. Ter
cia aūt die huius īfortunii illu
ceſcēte īnuit magiſter adoleſcē
ti nouicio vt ſibi altare prepar̄ꝫ
in occulto. Stupefact⁹ igit̄ nec
mirū iuuenis p̄ori indicat q̄d ſi
bi precipit̄. q̄ q̄ſi raptus ſtupo
re nimio currit ad magiſtꝫ q̄rit
ſi delirꝫ an falſū ſit ꝙ miſſā in
ſupmo vite periculo velit celebra
re. Magiſter ergo ītuit⁹ p̄orem
ꝯ ꝑ oculꝰ innuit vt recedat. Quo
parente ⁊ exſpectāte tam gādiis
euent⁹ ſurrexit magiſter vt po
tuit ſacris veſtibꝫ ſe induit. cele
brauit et ſumpto corpore viui
fici ſacramenti vulnera manus
et gutturis ſecūde ablucōnis in
calice liquore pfudit et ſic in in
tegrū ſoſpitat⁹ eadem die ī ammi
racōeꝫ oīm q̄ rē ſciuerūt ī ꝯſiſto
rio corā papa et cardinalibus
et oī clero glorioſiſſime predi
cauit. Hinc poſtea ſemꝑ ext ipe

papa ⁊ frēs in curia deuotiſſimi
erga predicatoꝝ ordinē eū icon
ſuetis auctoritatib⁹ ⁊ ꝑuilegijs
exaltarent· Vn̄ ſucceſſor ipſius
pape honorij dn̄s papa grego
rius frī iohāni dicto de argen
tina quodā bosnēn̄ epiſcopo ma
giſtro ordinis predicatoꝝ facto cū
magna deuocōe dixit· Ite tibi
kariſſime q̄ꝛ pro incude papam
ordinis cōſtituo liguam aūt tuā
ponā ꝓ malleo· vt ſm oīa pri
uilegia q̄ ordini tuo expediūt·
vl' ꝑuilegia que alijs etiam re
ligioſꝭ q̄buſcūqꝫ vſqꝫ ī ꝑſens cō
ceſſa ſunt priuilegia ſcribi faci
as et bullabo· Nec mora· magi
ſter ⁊ q̄ cum eo erāt frēs ōmibꝫ
regiſtris apoſtolicorū īſpectis
ōnia ꝑuilegia q̄ ſibi commoda
⁊ vtilia pro cōfirmacōe ordinis
eſſent vl' fore poſſent conſenſu
cardinalium et curie bullata et
ſuperſcripcōnibus inſignita ſo
lempniter acceperunt· Hinc ad
beate memorie iordanum redea
m⁹ et quid fecerit vel de eo ſit fa
ctum videamus· Igitur vbi dies
venit quo accepta licencia a car
dinalibus exire curiam debuit
a dn̄o papa īuitatus contra con
ſuetudinē nūq̄ꝫ viſam ad mēſā
ei⁹ ī modum lune corniculatam
ſedere compulſus eſt ⁊ poſt pran
diū ſic dimiſſus · Et vide quid

actum ſit· Extra romam ad ſex
fere miliaria noctis tenebris de
prehenſus hoſpicium cum ſuis a
ſacerdote ville queſiuit et nō ac
cepit· ſꝫ cum receptus fuiſſet a
paupere et pre penuria recipiē
tis incenatus veſpere remanſiſ
ſet dixit cū ingenti gaudio fra
trib⁹ q̄ ſecum erāt· Bn̄dict⁹ preſ
biter ille q̄ nobis negauit hoſpi
cium q̄a michi gloriam abſtulit
q̄ hodie cum ſummo ordis pōti
fice in vna mēſa conſedi· Hic ꝑ
alpiū iuga nō lōge a mōtis pe
de digreſſus acutā febrem gra
uiſſimam labore itineris fatiga
t⁹ incurrit· Et vide lector q̄ꝫ cal
lide ⁊ huic inſidiatus eſt dyabo
lus ſancto viro· Epus ciuitatis ad
quā declinauit vt audiuit tanti
prīs aduētū hoſpicio recepit in
firmum ⁊ violēter ī ꝓpriū ſui ſe
creti thalamū ⁊ in lectū ꝓpꝛium
collocauit· Habuit autem magi
ſter ſecū priorem ſui ordis vir diſ
cretū lr̄atū valde ⁊ ꝓuidū ī mori
b⁹ ꝓbatū et phiſicū q̄ magiſtri
ſacēs ꝓpciū eciā ī īfirmitate
duriſſimū dixit· Oportꝫ vt ma
giſtero exinanias te et michi
ſis obediēs ⁊ ſubiect⁹· Cui magi
ſter humiliter· Fiat inq̄t· Hoc
ergo otra oſuetudinē ordis ſua
uiter ī plumis ſtratū ē īfirmātu·
Primo enim vt vidim⁹ ī lectis

plumeis iacere fratrib; non lice
bat. Sz q̄a in multis locis ⁊ ter
ris marie apd̄ paupes palearū
copia vel ſtramēta non ſūt. ſtatu
tum eſt vt ſicut ſternerēt̄ frāb⁹
iacere licēt. Nocte igitur magi
ſtro ſolo in thalamo q̄eſcēti ap
paruit dyabolus trāſfiguratus in
angelū lucis dicens. Eſtne ma
giſter iſte iordanus q̄ fama cele
bris et v̄tute pr̄ tāti predicatoꝝ
ordis clareſcat. Dubitarē poterā
n̄ ante longo tp̄e te nouiſſem.
O q̄ꝫ vil̄ et īpudens factus es q̄
q̄ſi dn̄ator terre ī lecto plumeo
et ſenes req̄eſcis. O miſer q̄le
exēplū ordini tuo et fratrib⁹ re
linq̄s. ſꝫ non eſt tui deus oblit⁹
in finē q̄ ad redarguendū te mi
ſit me. Et tu igit̄ ſurge ⁊ terre
ſupplex incumbas. Nec mora.
dyabolo diſparente territus ma
giſter in terram corruit ⁊ ſic ia
cens mane a dicto p̄ore ⁊ frāb⁹
īuenit̄. quē p̄or valde ſeuere cor
ripuit et p obedienciā in lcō ia
cere coegit. Sequēti aūt nocte
ſathan iterauit audaciā durius
q̄ꝫ prius ſibi īobediētem redar
guit et magiſtro ad terrā deſcē
dere mox precepit. quē cū de ma
ne prior iterato inueniſſet ad
terrā grauiter indignat⁹ dixit.
Miror veſtram non tantū vt ita
dicā ſtulticiam ymmo proꝛſus i
ſaniam q̄ in periculū non ſolum
corporis ſꝫ etiā aīe contra obedi
enciam hoc facere voluiſtis. Et
ego teſtor altiſſimū q̄ nollē p
toto mūdo ita grauiter ꝯtra de
um ⁊ ordiez exceſſiſſe. et hec di
cēs flere cepit vberrime. qd̄ vt
vidit ꝯlacrimat⁹ ē et magiſter
et procidens ad eius pedes ꝯfeſ
ſus ē q̄lit̄ ei vt ab eo verius cer
neret̄ trāſfiguāt⁹ ī lucis āgelum
dyabol⁹ illuſiſſet. Tūc p̄or ad
miāt⁹ mitigat⁹ eſt valde. ⁊ p̄ce
pit vt lectū aſcēderz et tp̄s cre
tiū expectarz. Erat aūt debili
tatis valde et induāta matera
vix habebat ſpirit⁹ ad pauſan
dū. Tercia aūt nocte non deſti
tit neq̄ꝫ dyabolus treplicare ſa
tā. et vix mox ad īcrepandum
verba compoſuit. preueīt eū vir
beatus et dixit. O neq̄ſſime hu
mani generis inimice quomodo
ſimplicitatem meam quaſi per
zelum qualēcūq; ad ordinem il
ludere voluiſti. Et ego q̄dem n̄
hoc ꝯmnipotētis dei diſpēſacio
pmiſiſſet ſapiēcius aduertiſſē
q̄ melioꝛ eſt obediencia q̄ꝫ ſtul
toꝝ victime et q̄ quaſi gen⁹ ari
olandi eſt nolle acq̄eſcere. ſꝫ et
hic m̄ miſerīe acceſſit gloria.
tibi aūt ꝯfuſio ſempiterna. Et
ſtatī hijs dc̄is ī faciē vmbraticā
expuit diſparentis. Magiſter

aūt poſtq̄ cum alacritate ſpiri tus et ſine perturbacione quie uit circa diem ſeptimū optime crecrauit·qui īfra paucos dies ab egritudie recreatus integer rime conualuit· Quid autē ſi bi in ipſa ſua infirmitate cōtige rit ad exemplum poſteris affu turū fratribꝫ enarrauit· ❡ Hic et aliud p illuſionē demonis ī bononia cōtigit· Celebrauit idē beatus vir miſſam die q̄dā vt ſolebat fere cotidie ī ſecreto·ſen ſit autē tam mirifica odoris fra granciā in ſuſcepcōne diuini ſa cramēti vt nulli eſſe poſſet du bium hanc nō eſſe ń a deo ń for ſitan alicui qui diſcrecōēꝫ ſpiri tuum habuiſſet· Os mire odori ferum per longū tp̄s habebat et manus·ita vt vix ei cibus ſa perꝫ ore ſumptus· palato tamē cordis interius diſcernebat q̄a odor ille recreacōēꝫ ſpiritui non preſtabat· Abijt ergo dn̄m dep̄ cari quid ſibi vellꝫ odor ille reſp ſus inuanum·⁊ ṙuelatum eſt ei q̄a demonis arte ſit geſtum et crucis ſignaculo mox ceſſauit· ❡ Eodem tp̄e cum idē magiſter iordanꝰ multos lr̄atos clericos ad ordinē ꝯuītiſſet et ī bononia recepiſſet ⁊ multi ex eis grauiſ ſimis demonū impulſibus temp tarent̄·⁊ per hoc magiſter mi ra oracionum inſtancia repug naret·vna dierum demon libe ra voce locutus eſt ei· Facias in quit fratres tuos ceſſare a pre dicacione et confeſſionibus ho minū audiendis·et ego ceſſare faciam ſocios meos ab omnimo da temptacione fratꝝ et lucta· Cōſenſit mox magiſter ad tem pus et effectum mox ꝯſecutꝰ eſt ſponſionis· Nec multi poſt hoc dies effluxerant cum magiſtro oranti dictum eſt ita· Quid eſt qđ facere voluiſti·vt inires pa ctum cum morte· Orēt fratres pro tp̄e ⁊ ꝑ tp̄e ītudeāt proxi morum inſtructionibꝰ⁊ ſaluti ⁊ ꝑaul dubio pure et vigilātis in ſtancia temptacōnes demonum repellent̄· Nec mora· vbi hoc magiſter ī capitulo frībꝰ īdica uit et illi mādatū eiꝰ miro ſpiri tus feruore ꝯplerēt· vtꝰ deōnū eneruata ē et frēs in cōi oēs mi ra alacritate mentis ab cibus temptacōibꝫ q̄euerūt· Et hinc nota lector q̄d ī hoc articulo di cat glorioſiſſimꝰ augꝰ· Oracōi bꝫ mūdamur lcōibꝰ inſtruimur vtrūqꝫ aūt bonū ē ſi vacat· ſi ve ro nō·meliꝰ ē orar̄ q̄ leger̄· In lcō nibꝰ ꝯgnoſcamꝰ qđ agere debea mꝰ· ī oroibꝫ percipimꝰ q̄ ſaluti neccia poſtulamꝰ· Oracōnibus nutrit̄ anima· lcōnibꝫ exercitat̄·

Nouit ſemꝑ orō ſine lcōe ꝓficere
re ꝫ lcō ſine oracōne maxime·
Vñ ⁊ diſcerni poteſt defacili quā
ta ſit piculi ⁊ laboris pacum vel
nichil orare ⁊ ſemꝑ legere ⁊ nū
q̄ ad ſapidam ſcīam pueire·

¶ Vidi ⁊ carīſſime exꝑtꝰ ſū ſicut
auditor eius ꝑ multū tp̄us q̄ ve
nerabil̄ ille frē ordis pdicatoꝝ
magiſter iordanꝰ cuius ſupiꝰ fe
cimꝰ mēcionem multis annis fe
re cotidie cū tm̄ i cathedra theo
logiā legerꝫ· tm̄ de die et nocte
oracōnibꝫ īcūbebat vt pſalteriū
dauiticum legerꝫ et interdū di
ctis horis ⁊ lectōnibꝫ ⁊ diſputa
cōnibꝰ terminatis ↄtemplacōni
bꝰ me ⁊ meditacōnibꝫ inſudaret·
Quid mirū ergo ſi tal̄ homo in
ſciētia ꝓfecerit q̄ tā ſancte tam
integre ī vītute ꝓfecit· Certū ē
ergo vt ī precedētibꝰ dcm̄ ē orō
nū inſtātia vītutē demonū ener
uari· et nō tm̄ ſtudiū ſcripture
verū etiā oīs vītutis grāꝫ per ora
cōnis vigilantiā augmētari et
in robur perſeuerātie ↄſuari·

¶ De ipſo aūt pie memorie et
vere ſancto viro magiſtro ordi
nis predicatorū ſancto iordano
q̄d ad petīcōeꝫ fratꝝ in ꝓſa po
ſuerā indicet· Gaude felix theu
tonia tp̄s iſtat letitie· quodā v
tꝰ glorie ſurgit viror grīe· Ro
re miſericordie ſpondēs in abū
dācia ſi vas ſit capax venie· Ri
uū dulcedinē edidit fons aq̄s ide
ficiens· q̄ patens ideꝫ indidit ri
uus ide ſcaturiens quem bibens
ager ſitiēs fructū cētenū reddi
dit· Triplo cētenū faciēs pr̄ ior
danꝰ effluit· vt riuus fōte grā
quē nūq̄ q̄s iminuit bibēs ex i
digēcia· ꝫ ſtat miſericordia ple
nꝰ q̄ preſſos doluit dira mundi
miſeria· Allexit ore melleo mul
tos vt caſto viuerēt ſpreto cul
tu phalerato cultū cordi iduerūt·
et vbaz vite ſpargerūt ore flamā
tes igneo fugus peccata pelle
rēt· Sactus orbatꝰ oculo fabro
lumen reſtituit· et fame preſſo
populo multiplicatū prebuit pa
nē turbe dū eguit· xp̄m ſequēs
miraculo ꝑ quē hoc munꝰ habu
it· Prece ſancti ↄceperat vxor
viri bohemie ꝓleꝫ ſcō dōueāt ob
ſpem maioris grāe· Sꝫ abortiā
ſpē neſciuit q̄d ↄmiſerāt ſancti
prīs cuſtodie· Peractis horis
pluribꝰ vota memor efficit· icla
mat ſcm̄ precibꝰ ⁊ in fletū reſol
uit· Nec mora· vite reddit puer
datis vagitibꝰ· ⁊ ſic iordanꝰ di
cit· Sathā ſanctum aggredit
temptat modis mirificis· odor
ſuſcitatꝰ ſpargit dū ſacris iſtat
miſticis· ꝫ nō valꝫ artificis diu
bolus dū ꝓdit in prece viri ſup
plicis· Hic terrā ſanctam adijt

fratres illic iuiſere. ſz cum mare
redijt mergēdo cepit pſallere cā
ſtum benedicere. ſicqꝫ celum ſu
bijt vt ſignis dat̄ credere. Nec
mora. mox incanduit colūna lu
cis maxima que dum de celo mi
cuit membra luſtrans ſanctiſſi
ma. in quo tranſiſſet anima vi
dentes ſcire voluit in re maniſe
ſtiſſima. Adiecto ſancto littori
celi lampas emicuit. que ter ſu
perſtans finijt quarto q̄ꝫ ēſplē
duit. in hunc quem ſecū habuit
et ſic recurſu celeri rapta nube
non patuit. Corpus fragās mi
rifice curatur a fidelibꝰ. a grecis
dantur vnice latinis ꝛ gētilibꝰ
laudes caſto cum fletibꝫ et ſic
verū magnifice ſub trabꝰ patet
teſtibus. Hinc in achondilica
fert̄ pr̄ magnificꝰ. recipitur cū
gloria fit mox ſigno mirificꝰ.
ſaluat̄ paliticꝰ ſicqꝫ virtutū gra
cia ꝓpalat̄ magnificus. Anteq̄
tūc ꝓdigia iubar nouū ēcipiūt
prece ſcā demonia victa clamāt
ꝛ fugiūt ꝛ ſurdi ſonos audiūt.
claudos ſoluit leticia ceci lumē
recipiūt. Hec prīs tā eximij ſe
q̄mur nos veſtigia vt digni pa
tris filij prīs ditemur grā. ſicqꝫ
ſecū i gloria ſortes ſperātes pre
mij ducamur ad celeſtia amen.
Hic vir beate memorie nacione
theutonicꝰ de weſtphalia natꝰ

ē q̄ mirā predicitꝰ grā ordini pre
dicatoꝝ prefuit multis annis.
¶ Frater quodā ordis predica
torū electꝰ et bonus arnoldꝰ no
mine ex prībꝫ treuerēſibꝫ natꝰ
et poſt frēm in oppido wiburgēſi
dictū beatū virū magiſtrū iorda
num vt ipſemet retulit m̄ ſtatī
defunctū vidit inter choros an
gelorū apoſtolorū ꝛ ꝓphaꝝ ma
nibꝫ āgelorū ferri. ꝛ hoc q̄dem
vt ipſe audiui btā luytgardis
aq̄rie moialis de magiſtro ior
dano i ſpiritu rapta vidit. Et q̄
dē licꝫ parū digrediar apꝰ tñ
de ſupdicto frē arnoldo poſt wil
burgēſi viſionē pulcherrimam
enarrabo. Retulit m̄ frē pius et
bonus qui hocipſū ab illius ore
percepit qꝫ annis paucaſſimis
añ mortem deſideriū magnū ha
buerat vt ſuper ſtatu ſuo cui vt
ꝓprium eſt bonarū mētium non
modice metuebat a dño ſolaēt.
Accidit ergo vt ſeiuigilanti do
minꝰ iħus xp̄us i forma ſpecio
ſa p̄ filijs hoim glorioſiſſimus
appareret. quē vt ſtatī i p̄mo in
tuitu cognouit cogitare cepit.
O vtinā m̄ oſidēs dñe me eſſe
cū ſaluādis i libro vite cſcriptū.
Et mox dñs i pectore ſuo libꝝ vi
te demōſtrās eiꝰ cogitacōi rñdit.
Ecce inq̄t liber reuolue eum et
nomen tuum aſſcriptū iueies.

Et mox gaudio cordis exiliens vertit librū et legēs lrās aureis scriptum vidit et in eo reperit nomen suū· et merito q̄dem i libro vite pectoris xpi se scriptū vidit q̄ vita preclāris et operibū vite castū i pectore gerebat et ore· per qđ deo et hoīb9 amabil' apparebat. Ipse enī assūtus in sociū a dño vngarie fratres sui in wiborch nullum alium priorem eligere voluerunt donec eis redditus remaneret· Cui successit magister raymūd9 vir lrātus valde qui in vtroq3 iure reperat· ecclastico sc3 et ciuili· Hinc successit et venerabil' iohānes de theutonia nat9 q̄ multo tpe peītenciarius dñi pape i roma eū bosneñ episcopū ecclesie prefecat· Et cū haberet i episcopatu pl9 q̄ octo milia marcarū in redditib3 q̄si nichil tñ ī vsus proprios expēdebat· s3 omīa pauperib3 erogabat· Nec solū q̄dē equū habuit s3 azellū q̄ libros ⁊ episcopales īsulas deportabat· ipse vero pedes cum fratrib9 incedebat· Hic postmodū absolutus ab episcopatu elect9 ē ī magistrū ordīs predicato4 et hijs prefuit multis āñis· De hoc venerabili viro certissima relacōe percepim9 q̄ ei puero existēti adhuc in etate anno4· x· ordo predicato4 q̄ nondū erat tūc· et q̄ episcopus futur9 esset ⁊ oīs status vite sue a dño reuelatus sit et ostensus· Multa q3 facta ab eo mirabilia referunt' ex q̄bus vnū breuiter enarrabo· Veit in romanie ptib3 tūc magister intrauit hospiciū paupris sacdotis· decubuit sup scāpnū itinere fatigat9· et dū anxius cogitar3 vñ paupri mo hospiti aliq̄d cibueir3· vñ se cū frib3 reficeret fatigatos· venit auis quā corniculā dicim9 et de supmo aere eius pedib9 aduolauit· q̄ pedes magistri frequēter rostro cōcutiēs iterū ad aera reuolauit· Eo uoviso magist' surgēs īcōsuete magnitudis spissitudis et latitudis nūmisma argēteū qđ cornicula ad pedes magistri posuerat mox īuenit· aduocans sacerdotē· munus corniale iussit accipere et necessaria fratrib3 mīstrare· Huc an̄ episcopatu3 a iuuētute cognoui nec vmq̄ aduertere potui minus eū deuotū tūc minus q3 sollicitum de propria vel salute aliena q̄ postea cū episcopus vel magister ordinis extitisset· Obijt autem ī maximo feruore spiatus apud argentinā vrbem theutonie· Ad cuius tumulū crebra miracula facta narrāt'· Eleuatum ē aūt corpus mirabile a

domino maguntineñ archiepiſ
copo ⁊ electo argentinenſi āno
ab incarnacōne domini. M.cc.
lxxvi. In eius eleuacōne fratri
bus predicatorum ad generale
capitulum ꝯgregatis illuſtris re
gina vngarie mandauit ꝑ lr̄as
ſolēne miraculū quod ſubiūgo.
¶ Filius ſuus primogenitus
congregato exercitu magno di
micare voluit ꝯtra patrem. pro
q̊ regina mater nimium grauiſ
ſime turbata tota nocte precedē
ti q̄ꝫ ſequenti die futura congreſ
ſio putabat̄. in oracōne ſe ⁊ lacri
mis dedit. tam pro filio q̄ꝫ ꝓ vi
ro rege ſollicita. Fiducialius tñ
ad magiſtrū iohannem oracōe
directa quem multum in vita di
lexerāt et frat̄s quēdam eiuſdē
ordinis quem iam defunctum con
feſſorē habuerat ābo eidē regīe
ſemiuigilāti apparuerunt. Cui
magiſter iohānes ſereno vultu
ꝓdixit inquiens quoniam in no
ſtris oracionibus mediante cle
mēcia dei fiduciam habuiſti. ec
ce predico tibi quoniam hodie
anteq̄ꝫ ꝯmedas nuncius dicet ti
bi q̄ꝫ pacificati erūt pater ⁊ filiꝯ
in bonū oībꝯ ordinatis. Manda
uit ⁊ alia dicta illuſtris regina
q̄ꝫ eodē anno ꝑ merita dicti epiſ
copi et magiſtri iohānis ſuſcita
tꝯ mortuus fuiſſet fil̄ et alia in
finita miracula claudoꝝ cecoꝝ ſur
doꝝ obſeſſorū a demonibꝯ ⁊ ali
arū īfirmitatū ꝑ eiꝯ merita cōti
giſſēt. Huic ſucceſſit venerābi
lis humbertus vir gñcſus ⁊ ſpe
ctabil̄ gñe de burgūdie ptibus
natus. q̄ gratia predicacōis īſig
nis lcōr fratrum añq̄ꝫ in magi
ſtrum preficeret̄ emicuit. Hinc
poſtmodum in tuſſie partibus
prior ꝓuincial̄ fratrum predica
torum factꝯ adeo romane curie
gracioſus ⁊ carꝯ fuit vt eum plu
res cardinales in papam elige
rent eo tempore quo dictus īno
cencius quartus eſt in apoſtoli
cum aſſumptus. qui poſtea pro
uincial̄ francie factus magiſter
totiꝯ ordis ē effectus. At q̊miā
nō īutiliter licꝫ lōge a materia
digreſſi ſumꝯ ſpūalem neq̄ciā de
monū ꝓſeq̄mur. ¶ Eſt ⁊ aliud
fallendi genꝯ demonū vt hoīes
fallāt ſpacio peītēcie vel vite ꝓ
lixioris ꝓmiſſo. Dñ m̄ fr̄ ordis
predicatorū q̄ddam valde mira
bile recitauit. ¶ Erat quidā no
bilis in weſtphalie partibꝯ vir
armis ſtrēnuꝯ ⁊ ꝑpotens iter ſu
os. Hinc nocte quadam per ſil
uam terribilem tñſiēs audiuit
vocem mulieris q̄ī in viciīo cātan
tis. Et dixit ſuis. Eſtne quis ve
ſtrū qui mecum vadat. mulierē
videre cantantem. Omnibꝯ g°

diſſimulātibꝫ ⁊ exhibentibꝫ illū preꝑit ſolus ⁊ inueīt ſtātem ſb arbore quaſi nigrā monialē ex tē ſis ī celū maībꝫ cātantez. Quā cū iterrogaſſet ille q̄d agēt·reſ̄dit. Ħ laudo deū meū. Credēs autem ille aliquē ſcōrū eſſe·rogauit eam dicēs. Dic m̄ obſecro q̄d futurū ē m̄. Et illa. Multa inq̄t mala feciſti et adhuc facies: deuictis īimicis tuis crucem trāſmarinā ſuſcipies trāſfretab̄ ⁊ ī xp̄i ſuicio moriens. Ad hec verba gauiſus ille receſſit et vt illi predictū ē facta cede hoīnū inimicos deuicit. Qui cū preſto lareť crucis ſigācōez vt trāſfretaret īcidit ī acutiſſimā febrē. Rogantibꝰ ergo et ↄſulentibꝫ phiſicis et amicis vt ↄfiteret̄ pccā et peiterz cōmunicaretqꝫ ſe eccleſiaſticis ſacmentis q̄a ei piculū imminere videretur. noluit ille nullomodo ſe reputās moriturū. Cūqꝫ ſup hoc phiſici mirarētur. fratrē illius carnalē magne ībolis clericū mādauerūt. Cui fratris periculū intimantes ſuper ſalutem anime illius ad monendum inſtancius ↄſulebāt. Hoc ad fratrem īgreſſus clericus arguit periculoſius infirmātem. Cui miles ait. et tu vt alij ſtultus inſtas michi q̄ optime ſcio ꝙ neq̄ꝗ̄ moriar. Cui clericꝰ cū lacrimis dixit. Et vnde hoc habes frater kariſſime. Et ille tā dē. Sic ⁊ ſic dictū eſt m̄ ꝙ crucem accepturꝰ ſim ⁊ ī terrā ſcāꝫ moriturꝰ ī criſti ſuicio. Ad hec v̄ba frē eius tactꝰ dolore cordis intrīſecus. vere inq̄t frater kariſſime. ille āticquus hoſtis dyabolus tuo nūc īſidiať calcaneo. q̄ mēdacio ſuo te nūc nitit̄ decipe moriturū. Age ergo ſalutis cauſam ⁊ peitere ⁊ īpleas q̄d rogas. Nec mora. decumbēs petit aduocari preſbiterū poſtulat veniam crimina ↄfitet̄. ſtatuit teſtamentū recipit corpꝰ criſti iungitur exalat ſpiritū. ⁊ ſic a crudimus ab inſidijs demonū liberať. Nec diu poſtea defuncti frē clericus. bōitatē criſti in frē mortuo recognoſcēs ꝑdicatoꝝ ordiem intrās multa ↄſtācia ſeculū dereliq̄t. Circa finē libri videdū ē. q̄ et q̄l. vbi ⁊ vn̄ poteſtas demonū q̄ nō ſolū gentilibꝰ aut falſꝭ vel peruſis criſtianis verūetiam et bonis ad vexandū eos illabi videanť. Et reſpondemus ꝙ illa eſt ī mal' correpcio vel vindicta. in bonis vero ꝓbacio purgacia. Qual' aūt hec ſit vel q̄liter hec fiat breuiter videatur q̄a p inergiā opacōez. Nulli vero habeatur dubiū qui ī corpore nō ī aīa. ſolus enī deus nō creatura per

inhabitantē ḡtiam illabit̄ aīa
bus. Vn̄ aūt poteſtas demonū
ſit planiſſimū ꝙ ex deo. Et q̄dē
exceſſus qn̄qꝫ hoīm per bonos
ſiue malos angelos puniuntur
Per bonos vt in ſaul. ¶ Hinc
nup ad deſignandū meritum de
uotiſſimi regis Frācie ludowyci
q̄ddam accidit qđ ſubiungo ill'
m̄ ēcitantibus q̄ viderūt. ꝙ gra
tum deo ipius regis francie exē
plū altiſſime hūilitatis exiſtat
rex omnium celi tam euidenti
miraculo demōſtrauit. ¶ Comes
gelrie otto curſorem cū lr̄is pa
riſius miſerat curſu ꝓpero redi
tuꝝ. quē redeuntem comes otto
interrogās q̄ſiuit ſi regem fran
cie ludowycum vidiſſet. At ille
vir more ſubſannātis contorſit
collum. Vbi īq̄t vidi illū miſeꝝ
papillardum regem caputiū ha
bentem capitis ſuper ſcapulas.
hec dicēs faciem cōtorſit ex ad
ūſo et ſic facies contorta reman
ſit. Erubeſcat theologice cathe
dre vilis ille preſūptor q̄ p̄dica
uit ipſū de q̄ ſcripſim⁹ ēgem nō
debere vti cōib⁹ veſtibus. ſʒ ſemp
purpuratum incedere nec plures
miſſas audire ꝙ vnā. Hoc talit
aūt peccare dicebat frēs predi
catores intelligens omnes illos
q̄ predictū regē inducerent ad
huiuſmōi deuocionis ꝛ hūilita
tis exēpla. Hic⁹ ſane ymmo ve
lut inſaniſſim⁹ intellexit ꝙ ſalu
tis nr̄e princeps ihesus ex cōpaci
one culpauit illos q̄ in domib⁹
regū mollibus veſtiūtur. cū nobi
liſſimus ille baptiſta iohēs ex
pil' camelorꝝ indutus zona pelli
cea cingeret. Moderatores orb
et reges frequēter vidim⁹ cōis
pāni lanei veſtib⁹ vti. Non ñ ca
melini coloris veſtib⁹ auus ipſi
us ēgis glorioſiſſim⁹ philippus
rex idiſcretis tēpib⁹ anni vteba
tur. Ludowicū aūt filiū eius eq
regem glorioſū ꝛ bonum iſtius
ēgis ludowyci patrem nūq̄ꝫ vi
diſſe me memini purpuratum.
Karolus ille magn⁹ poſtq̄ꝫ in
roma coronatus eſt imperator
nūq̄ꝫ poſtea voluit vt de eo ſcri
bitur inſula pōpoſi habitus in
ſignia. Quantū illi predicto de
uotiſſimo regi francie ludowico
total' vniūſal' eccleſia teneatur
nemineꝫ poſſe arbitror eſtima
re q̄ ſane videre voluerit quāta
aīaꝝ iactura fuiſſet ſi illa intole
rabil' ſuperbia de qua ſuperius
in controuerſia clericoꝝ pariſi
us compendioſo ſtilo digeſſim⁹
in deſtructionē duoꝝ ordinum
fratrum ſcilicet predicatorum
atqꝫ minoꝝ proceſſuꝫ aliq̄ten⁹
habuiſſet. Egit eni dn̄s rex ꝓ
ſcripcionibꝫ iniq̄rū. egit ꝛ lr̄as

apꝰ papam beatiſſimū alexandrū ⁊ frēs eius cardiales q̄ tū ōnes gr̄a dei ⁊ ſua miꝫ ⁊ mere negocio fauoābiles extiterīt vt finem haberꝫ malitia ⁊ in ſuo vigore iuſticia ⁊ inocēcia tueret. Teſtoꝛ deum teſtoꝛ ſanctos· teſtoꝛ ⁊ fideles oēs ꝙ nūq̄ aliq̄s regum nūq̄ aliq̄s pn̄cipū tā necessario quātum ad ſalutē ⁊ pacem fideliū ꝓtexit eccleſiaꝫ· dotauit muneribꝰ ⁊ terris honoꝛibꝫ exaltauit. Quid enim xp̄o in diuicijs·q̄d illi ⁊ honoꝛibꝰ mundi vel in hoīb' pn̄cipatꝰ. Dixit vt veri tas ⁊ vere dixit· Regnum meū nō eſt hic· Applauſum enī pilati q̄ſi de gente ſua et pontificibꝰ nō curauit· ſꝫ oſtāter perſtitit pro populo moꝛi accelerans paſſionē qua in ſupnis eſficeret regnū q̄d hꝫ nō finē· Age ergo nūc ſupno regi ſalutis tui pn̄cipi cuſto· Age inq̄ eccleſia age tu precipue predicatoꝛ ⁊ minoꝛ· Agamꝰ et ōnes ſolemniter gr̄as q̄ talem iſtis tēpoꝛibꝰ regē dedit q̄ i foꝛti manu teneat regnuꝫ tuū et nichilominꝰ pacis caritatis huīlitatis exempla prebeat vniuꝰſ· Eque enī gladiꝰ in cāoībꝰ aptꝰ ē ⁊ tū nudꝰ exoꝛit et cū retracta manu oūtē in vaginā· Vidi ī brebancie ptibꝰ in monaſterio cyſtercieñ· moniālem quādaꝫ religioſam valde ⁊ vita puram· quā cū viſitarē et eam vt potuī conſolarer ſubito demon peſſimꝰ q̄ in ea latebat p hoīs vba ſalutis ferre non valens cepit latrare vt canis ⁊ hyanti oꝛe ac collo cōtoꝛto eūſiſqꝫ luibus blaſphemare· Cui dixi· O miſerrime q̄ in dei laudibus cum bōis angelis inſiſtere noluiſti nūc canū latratus ⁊ beſtias imitaris· Vidi ⁊ aliā in eadeꝫ terra mulierem diuitem ⁊ honeſtaꝫ poſſeſſam a demonio· quā cū rogāte preſbitero religioſo viſitarem· iueimꝰ eam a vexatōne demonis q̄ſcētem ⁊ ſenſate loquentem vt ſanam· Tūc occulte nullo aduītēte vſuꝫ cātici moyſi in deutronomio ſm ꝙ a ſcō q̄dā viro audieram tercio repetiui ad ꝓuocādū demoniū ī obſeſſa· Deū q̄ te genuit dereliq̄ſti et oblitus es dn̄i creatoꝛis tui· Nec moā· mulier pallere cepit labijs atqꝫ vultu ⁊ due vene ī collo eius ad groſſiciem pollicis ītumeſcere· Tunc ego· quare inquio peſſīe vexare feminaꝫ preſūpſiſti· Moꝛtuo inq̄t viro ſuo cōpaſſa in ſubſidiū aīe illiꝰ contulit q̄cquid boni fecerāt in hac vita· et ex hoc nacta occaſione vas vacuū mox ītraui· Cui ego· mentiris miſerrime· ex hoc enī

qđ dedit mediāte caritate cumu
latum eſt bonum eius· Et ille cū
cachinno· mendax inquit ſum·
nec mirū ſi mentior· Mox ego·
Eſtne illa tam pulchra vt dicit̄
celeſtis pria quā pdidiſti· Et
reſpōdit· Ju infinitum pulchri
or q̄ȝ dicatur· Et ego· velleſne
redire ad illam ſi poſſes· Et il
le· vellem inq̄t vt poſſem vſqȝ
ī diē iudicij oīa excogitata ſup
plicia ſuſtinē· Cui dixi· Et ego
promitto tibi in periculum ſalu
tis mee promiſſe ſi mendax in
ueniar· illam perditam glori
am recuperare te poſſe ſi tantuȝ
hec dixeris· Domine deus pec
caui ignoſce michi· Et mox ille
contorto collo exclamat horriſi
ce domine domine· Cūqȝ hoc ſe
pius cum clamore valido perſo
naretȝ nec vltra ī vbis procederȝ·
Jmpoſſibile enī ſciebam illi vt
deum ſuum dn̄m recognoſceret
et ſe fateretur peccaſſe atqȝ ſibi
precaretur ignoſci· tandem ſub
iunxit· Dn̄e deus margarete ſic
enim obſeſſa mulier vocabat̄·
deū recognoſcere dn̄m ſuum in
dignatus· Tunc ego· o īfeliciſſi
me omnium creaturarū ſupbia
eliſit te ꝛ de celo depulit· te redi
re iexpiabilis ſuperbia nō per
mittit· Nec mora· confuſus ob
mutuit et poſt paucos dies non

tamē tunc feīnam dereliq̄t· Au
di et de alio obſeſſo mirum dei
iudicium· Erat circa cameracum
ciuitatem q̄dam hereticus aſtu
tus valde qui metuens īquiri ꝛ
ꝯburi a fratribus p̄dicatorib⁹
q̄ i dcā ciuitate eo tpe plurimos
ꝯburebāt finxit ſe arreptū a de
mone· ꝛ ob hoc ad ſcīm archa
rium in aſpria obſeſſos curare
potentem ligat⁹ ab īimicis vel
amicis deduct⁹ ē vt in eo non
hereſim ꝯpalatā ſȝ furiā puta
rent· Et vt audiuit q̄dā cleric⁹
obſeſſus a demone et ligat⁹ q̄
eligius boogus ſic enī vocaba
tur ligatus poneret̄ in locum·
ſubſequenti nocte idem obſeſſ⁹
clericus diuino nutu ſolut⁹ eſt·
et aggregans mattas ꝛ ſtrami
na atqȝ eccleſie ſcampna ſuper
ligatum hereticum cumulauit·
Ludum aūt et furiam credēs ille
diſſimulat quoadvſqȝ clericus
ignem de lampade ſumens ꝯbu
rere hereticum cepit· ꝛ tunc he
retic⁹ clamauit· Ad cuius vocez
expergefacti cuſtodes cū ignem
extiguere niterēt̄ cleric⁹ arrep
to gladio quē caſu iuxta lectuȝ
inuenit oēs violenter abegit et
hereticum in ignem combuſſit·
Nec mora· diuino exacto iudi
cio cleric⁹ a demoē libeāt⁹ ꝛ ple
ne ſoſpes apparuit· At nūc qm̄

ſallacias demonū ex mag̃ par
te deterim⁹ per q̃s vexari apes
fideliū ↄſueuerūt hinc operi no
ſtro finem imponimus· lectores
libri hui⁹ attētus flagitantes
ne dc̃is detrahāt mīn⁹ q̃ꝫ decuit
bn̄ dictis· ſʒ i exēplū v̓tutis tra
hāt quicq̃d īuenerīt bn̄ dictum·
Peto autem ſuppliciter ab hiis
marie q̃ꝝ man⁹ xp̄i ſang̃ne ↄſe
crate ſūt ī altari q̃ten⁹ ꝓ me ſpe
cialiter ⁊ ꝓ cūctis fideliū aīab⁹
vnā miſſam celebrēt· vl̓ ſi ſacer
dos nō ē celebrari faciat lcõr li
bri· Et rogo vt ſi aliq̃d ī hoc la
bore vl̓ aliis vnq̃ꝫ meruerī illū
tā q̃ꝫ me pticipē faciat ihs xp̄us
dn̄s nr̄ q̄ cū prē et ſpiritu ſcõ vi
uit ⁊ regnat deus p omnia ſecu
la ſeculoꝝ Amen·

Explicit liber apū q̄ dicit̄ bonū
vniu̓ſale quia de prelatis et ſub
ditis tractat de quo ſit deus bn̄
dictus ī ſecula Amen·

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF